



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 55. Capita circa Pœnitentiæ Sacramentum. Caput I. De hujus
Sacramenti necessitate, & institutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul XVI. A.C. 1551. bant de Pœnitentia: alia vero tria de extrema unctione, & postea promulgabantur novemdecim Canones, quorum postremi complectebantur quatuordecim capita.

§. LV.

Capita circa Pœnitentiæ Sacramentum.

CAPUT I.

De hujus Sacramenti necessitate, & Institutione.

„Si in ea regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut justitiam in Baptismo, ipsius beneficio, & gratia susceptam, constanter tuerentur, non fuisset opus aliud ab ipso Sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum: quoniam autem Deus, dives in misericordia, cognovit figmentum nostrum; illis etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati servitute, & dæmonis potestatem tradidissent, Sacramentum videlicet pœnitentiæ, quo lapsis post Baptismum beneficium mortis Christi applicatur. Fuit quidem pœnitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinarent, quovis tempore ad gratiam, & justitiam assequendam necessaria; illis etiam

„etiam , qui Baptismi Sacramento ab- Sæcul. XVI.
 „lui petivissent , ut perversitate abjecta, A. C. 1551.
 „& emendata , tantam Dei offensio-
 „nem cum peccati odio , & pio animi
 „dolore detestarentur : Unde Prophe-
 „ta ait : *Convertimini, & agite pœnitentiam* Ezech. c. 18.
 „*ab omnibus iniquitatibus vestris, &*
 „*non erit vobis in ruinam iniquitas.* Do-
 „minus etiam dixit : *nisi pœnitentiam ege-* Luc. c. 13.
 „*ritis, omnes simul peribitis.* Et Prin-
 „ceps Apostolorum Petrus , peccato-
 „ribus Baptismo initiandis pœnitentiam
 „commendans , dicebat : *pœnitentiam* Act. cap. 2.
 „*agite, & baptizetur unusquisque vestrum.*
 „Porro nec ante adventum Christi pœ-
 „nitentia erat Sacramentum , nec est
 „post adventum illius cuiquam ante
 „baptismum : Dominus autem Sacra-
 „mentum Pœnitentiæ tunc præcipue
 „instituit , cum a mortuis excitatus in-
 „sufflavit in discipulos suos dicens : Ac-
 „cipite Spiritum Sanctum , quorum re-
 „miseritis peccata , remittuntur eis,
 „& quorum retinueritis , retenta sunt :
 „quo tam insigni facto , & verbis tam
 „perspicuis , potestatem remittendi , &
 „retinendi peccata , ad reconciliandos
 „fideles post baptismum lapsos , Apo-
 „stolis , & eorum legitimis Successori-
 „bus , fuisse communicatam , universo-
 „rum Patrum consensus semper intelle-
 „xit , et Novatianos remittendi pote-
 „statem

Sæcul. XVI. „statem olim pertinaciter negantes
A.C. 1551. „magna ratione Ecclesia Catholica tan-
 „quam hæreticos explofit, atque con-
 „demnavit, quare verissimum hunc il-
 „lorum verborum Domini sensum San-
 „cta hæc Synodus probans, & reci-
 „piens, damnat eorum commentitias
 „interpretationes, qui verba illa ad
 „potestatem prædicandi verbum Dei,
 „& Christi Evangelium annuntiandi,
 „contra hujusmodi Sacramenti institutio-
 „tionem falso detorquent. „ Postre-
 „mis hisce verbis Lutheri hæresis dam-
 „natur.

§. LVI.

CAPUT II.

De differentia Sacramenti Pœnitentiæ, & Baptismi.

1. Cor. c. 15. „Ceterum hoc Sacramentum multis
 „rationibus a baptismo differre cog-
 „noscitur, nam præterquam, quod ma-
 „teria & forma, quibus Sacramenti ef-
 „fectus perficitur, longissime dissideat,
 „constat certe, baptismi Ministrum judi-
 „cem esse non oportere: cum Ecclesia
 „in neminem judicium exerceat, qui
 „non prius in ipsam per baptismi jec-
 „tionem fuerit ingressus: quid enim mi-
 „nistrum, inquit Apostolus, de his, qui
 „foris sunt, judicare? secus est de do-
 „mesticis fidei, quos Christus Dominus
 „lava-